



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 19. Apologia Platonis a Bessarione Cardinale edita

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. liis, indulgentiis, usuris, & successioni-
 A.C. 1467 bus ab intestato.

§. XIX.

*Apologia Platonis a Bessarione
 Cardinale edita.*

Eodem anno Bessarion Cardinalis juris publici fecit opus philosophicum, quod inscripsit: Apologiam Platonis. In ea hunc Philosophum vindicat a calumniis Georgii Trapezuntini, qui ex hisce Aristotelis (*) verbis: *Obtuli cum ceteris duo vel tria sacrificia, ut trinam perfectionem, quæ in eis est, profiterer, evincere conabatur, quod Aristoteles ex solo lumine naturæ fidei nostræ mysterium longe sublimissimum, captuque difficillimum, seu Trinitatem personarum in sola unitate essentiae cognoverit, proin si in hac fide juxta morum præcepta vitam suam trans-egit, salutem consequi potuerit. Igitur Bessarion ex plurimorum Ecclesiæ Patrum*

(*) Allegata verba in Aristotele non invenimus; libro tamen primo de cælo text. 2. hæc habet: *Ipsa tria omnia sunt, & ipsum ter omnia, hæc autem eum, qui Trinitatis est; quapropter ad Sacrificia Deorum hoc utimur numero; duo enim ambo quidem dicimus, & duos ambos, omnes autem de tribus hanc appellationibus dicimus primum.*

trum, & S. Thomæ testimoniis compro-
bat, impium esse dicere, quod Aristoteles
solo naturæ ductu integram, perfectam
que sanctissimæ Trinitatis cognitionem
assequi valuerit, eamque doctrinam di-
fertis verbis ab Apostolo rejici asseruit,
dum dicit: *loquimur Dei sapientiam, quam*
nemo Principum hujus sæculi cognovit.

Sæcul. XV.
A.C. 1468.

1. ad Cor.
cap. 2. v. 7.

§. XX.

*Bellum Matthiæ Hungariæ Regis
adversus Bohemum.*

Jam supra attulimus rationes, ob quas
Matthias Hungariæ Rex Bohemiæ
coronam acceptare aliquamdiu hæsitave-
rat, nunc vero petentium Bohemorum
votis cessit, potissimum ipsius Cæsaris
impulsu permotus, quem cum olim præ-
cipuum experiretur æmulum, jam ipsum
ad capeffendas Regni habenas stimulos
subdentem habebat. Ast perdifficilis &
lubrica adhuc erat rei exequendæ condi-
tio; agendum enim adversus Podiebra-
cium Virum summa rei militaris scientia
spectatissimum, veteranis militibus in-
structum, & plurimorum Principum sup-
petiis adjutum. Nihilominus Matthias
rem aggreditur, eo quod a Turcarum metu
ferme vacuus esset, cum eorum exerci-
tus in Asiam rediret, & Pannoniæ infe-
rioris Gubernator Mahometis nomine in-

Bonfin. 4.
dec. in fine &
dec. 2.
Papiens.
epist. 313.

Hist. Eccles. Tom. XXIX. S. ducias